PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 167r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Prophetae monet fideles · ne spe in istis transitoriis ponant · sed patriarcharum uiam tenentes · dm spiritaliter semp exquirant ⁊

Confitemini dno · id est laudate eum · et bonis factis gratiam diuinitatis uobis adquirite ⁊ adnuntiate · hoc euangelistis conuenit & apostolis · et nunc sacerdotibus · ut magnalia xpi adnuntiant ⁊

CONFITEMINI dno ÷ & : inuocate nomen eius · adnuntiate inter gentes opera eius ⁊

Cantate ei & psallite ei · narrate omnia mirabilia eius ⁊

Non ergo uetat ut laudemur · sed ut in dno laudemur ⁊ qui prestat illa · quae bene gerimus ⁊ Inde scilicet laetetur cor si dnm quaerit · non si de se ipso gloriari presumit ⁊

Laudamini in nomine scō eius · letetur cor querentiū dnm ⁊

Querite dnm & confirmamini · querite faciem ei semp ⁊

Mirabilia itaque · pertinent ad diuisionem maris rubri ⁊ Prodigia · ad plagas quas misit in aegyptum ⁊ Iudicia oris · quoniā cuncta compleuit · quae moysi suo famulo promisit ⁊

Mementote mirabilium ÷ eius : quae fecit · prodigia ÷ eius : & iudicia oris eius ⁊

Semen abraham serui eius · filii iacob electi eius ⁊

Cantate · ad ymnos pertinet offerendos ⁊ Psallite · ad pias operas exercendas ⁊ Omnia · significat ista quae dicturus est ⁊ non est enim humanarum uirium · omnia mirabilia narrare · sed significat a toto partem ⁊

Ortatur ut se ad premia futura confirment · qui eum quaerere diligunt ⁊ Ista inquisitio · non est ullo tempore finienda · quō addidit semper ⁊

Merito seruos dicit contumaces iudaeos · qm perfidia faciente · filii esse noluerunt ⁊ filios uero iacob · significant fidelissimos xpianos · qui heredes ee meruerunt ⁊